



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 33. Synodale scriptum circa hanc materiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

*ciam iturorum visa sunt Dominis Depu- Sæcul. XV.
tatis in materia Græcorum infra scripta. A. C. 1437.*

§. XXXIII.

*Synodale scriptum circa hanc ma-
teriam.*

I. *Ambasciatores hujus sacri Concilii in
Græciam ituri recedant a Basilea ver-
sus Avenionem citius, quam fieri possit,
nulla decretatione de præsentis expectata: sed
deferant secum Bullam, in qua sacrum Con-
cilium polliceatur in hunc modum, in quan-
tum Domini Avenionenses aut alter eorum
loco pro Basilea, Avenione, vel Sabaudia,
hæc ad triginta dierum spatium a die exi-
tus dictorum DD. Ambasciatorum de Basi-
lea computandorum Capitaneo Galearum
satisfacerent de eo, quod a sacro Concilio
habere dicitur, videlicet triginta millia &
octingenta florenorum de Camera. Et re-
siduum pecuniarum usque ad summam septua-
ginta millium florenorum de Camera rea-
liter tradiderint in numerata pecunia mutui
nomine juxta concordata Ambasciatoribus
prædictis ex tunc certificato de his per lite-
ras Ambasciatorum eorundem sacro Con-
cilio & per literas Capitanei, vel ejus Pro-
curatoris legitimi ipsum Concilium intra o-
cto dies a die receptionis hujusmodi litera-
rum immediate sequenti solemni cessione de-
cretabit conclusionem de loco futuri Oecu-
menicæ*

R 3

Sæcul. XV. A.C. 1437. *menici Concilii videlicet Basilea, Avenionis vel Sabaudia factam in suis terminis, procul jacet.*

II. *Decretabit decimam jam pro dicta materia Græcorum in generali Congregatione conclusam.*

III. *Decretabit, qualiter dicti DD. Ambasciatores in Græciam ituri habeant, et eis & eorum majori parte data sit plena potestas eligendi & nominandi juxta decretum in dicta materia Græcorum portum Latinum dictis locis electis aptiorem & propinquiorum, ad quem DD. Græci dicunt esse applicare.*

IV. *Præter hæc super cautione per Dominos Abbatem Bonavallensem, Raymundum Taloni dictis DD. Avenionensibus nomine Concilii oblata, & circa illam dabit sacrum Concilium literas opportunas.*

V. *Porro dicti DD. Ambasciatores Parisi & Avenionenses tenentur intra decem dies post lapsum triginta dierum immediate sequentes certificare legitime dictum sacrum Concilium de dicta numeratione, & satisfactione. Alioquin tunc ipsum sacrum Concilium possit & teneatur ad electionem alterius loci pro Oecumenico Concilio celebrando procedere, ac sibi & universali Ecclesie aliunde providere.*

VI. *Insuper præfati DD. Ambasciatores sacri Concilii & Capitaneus per se vel Procuratorem prædictum debent promittantur*

tere conjunctim & divisim nomine ipsius sa-
 cri Concilii Dominis Avenionensibus, quod A. C. 1437.
 casu quo Græci, quod absit, nollent rece-
 dere ex terris suis juxta decretata Decre-
 ta, & decretanda de locis & portu. Et
 tunc dicti Ambasciatores, & Capitaneus re-
 stituent dictis DD. Avenionensibus quindecim
 millia pro expensis, & decem millia pro
 custodia Civitatis Constantinopolitanæ, &
 sex millia florenorum pro duabus grossis Ga-
 leis Græcis deputatis, & omnem aliam pec-
 uniam restantem, quam receperint, & etiam
 sacrum Concilium transfert eo casu omnem
 actionem, & omnem obligationem, quas ha-
 bet contra dictum Capitaneum & suos hære-
 des, & fidejussores pro prædictis DD. Ave-
 nionensibus.

VII. Postremo, quod de omnibus prædictis,
 & aliis circa rem accommodatis concessis, &
 concedendis quibuscunque fieri debeant sub bul-
 la sacri Concilii literæ opportunæ.

§. XXXIV.

Legati Pontificis huic Decreto ob-
 luctati.

Præsens instrumentum suffragantibus *Acta Patrit.*
 plurimorum votis a Synodo conclu- *to. 13. Conc.*
 sum fuit, ablegatis Oratoribus, qui illud *p. 1542.*
 Constantinopolim deferrent. Hæc pro-
 vincia demandata est Lubecensi, Viseensi,
 Parmensi, ac Lausanensi Episcopis, una-

R. 4. nimii